

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qualiter Prælatus cui sunt casus reseruati se gerere debeat tum in  
absolutione concedenda, tum in ea deleganda. §. 5

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

sacerdos proprius vel non impeditur sit, velitque sacramentum ministrare, cetera praedicta necessitas, & consequenter concessio, quae ob eam necessitatem facta est, ut dixi supra.

3. Specialiter autem loquendo de casibus reseruatis pro Religionis, certum est, Praelatos cuiuscunque Conventus, & a fortiori superiores Praelatos, Provinciales scilicet, & Generalem, facultatem habere, cum absoluendi sibi subditos, quia ipsis praedicti casus reseruantur, cum delegandi alteri absolutionem: quia ratione muneri ipsi competit dicta potestas. Secundus est si peccatum esset Provinciali, vel Generali reseruatum quia tunc inferior Praelatus delegatus esset in ea facultate sibi commissa, nisi forte commissa esset in perpetuum: quippe conferetur proprio muneri annexi, ac proinde ordinaria esse, & delegabilis. Raro tamen expedit peccatum Generali, nemini Provinciali ita reseruari, ut superiori immediato, vel alteri non concedatur facultas ab eo absoluendi. Nam ut bene inquit Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 19. numer. 16. recte religionis gubernatione non leviter contrarium esset, cogere subditum delinquente longo tempore perseuerare abique absolutione directa reseruati peccati qui certe cogendis esset, si in peccatum reseruatum incidere, cum sapienter evenerit posse, cum absentiis Provincialis frequens sit, & in absencia hoc sacramentum ministrari non posset.

4. Videntur autem est, ut aliis a Superioribus sit haec facultas concessa, quae, cum solo priuilegio concedi possit, examinandum est, an aliquod sit virtute cuius Religionis ab alio, quam a suo Praelato valeante ab solui Emm. Rodig. t. 1. q. 62. art. 6. refert varia priuilegia Sixti IV. Minoribus concessa, quibus absoluvi possunt semel in vita, & in articulo mortis ab alio, quam a suis Praelatis. Primum namque refert concessisse Sextum IV. Minoribus, tam Professis, quam Novitibus, ut semel in vita eligere possint Confessores ex suo Ordine, qui inuncta penitentia salutari eos absoluat ab omnibus criminibus, excessibus, & censuris, &c. Quo priuilegio non est datum possit Religionis. Minorem item in vita frui, eoque ab aliis ab omnibus reseruatis. Debet tamen necessarium eligere Sacerdotem sui Ordinis, a suo Praelato approbatum, & in Confessorem designatum; alias non eligere Confessorem formaliter, quod videtur necesse: non enim Pontifex absque causa nomen Confessoris expressit: poterat enim sub nomine Sacerdotis priuilegium concedere. Sed, quia intendebat, ne aliis Sacerdos, quam a Superiori ad audiendas confessiones designatus eligeretur, ne obseruantia religiosa minoraretur, ideo expressit Confessoris nomen: & tradit Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 19. n. 7. ubi bene aduerit, approbationem Episcopi requirant non esse, quatenus Professi, & Novitii priuilegium respiciunt: iesi quatenus famulos, alioisque seruientes spectat. Praedicta priuilegia uti possint omnes alii Religionis communicantes in priuilegiis cum mendicantibus: modo tamen a suis Superioribus corum vobis interdictus non sit, sicut de facto interdictus est Societas Iesu Religionis, qui variis Ballis a Sede apostolica emanatis prohibentur aliis, quam a Superiori designatis confiteri; que ut reseruatis absoluvi, nisi de Superioris licentia.

5. Secundum concedit idem Sextus IV. prout refert Emm. Rodig. supradicta, ut quilibet Confessor possit quemlibet Minorum Religionis in articulo mortis a quibuslibet casibus absoluere, ac si Summus Pontifex ibi adeset. Quilibet, inquam, Confessor, quialias in eo articulo Confessor esse posset, unde praeterea proprio simplex Sacerdos auctoritate non haberet: quia non est legitimus Confessor, secundus eo deficiente. Neque inde sit, nullum priuilegium Minoribus concedi: concedendum namque maximum. Primum, quia Confessor alias a Superiori designatus, qui in eo articulo praesente Praelato absoluere non poterat a reseruatis, virtute huic priuilegii absoluere posset: quia est legitimus Confessor, cui sola iurisdictio deficiebat, sed virtute huic priuilegii communicatur. Secundum, ex vi dicti priuilegii sic absolutur Religionis a suis excessibus, & peccatis, ut nullatenus obligatus sit compareare coram Superiori, si postmodum conculaverit, tametsi peccata censum reseruatum habeant, ut bene notauit Emm. Rodig. q. 62. art. 8. Suar. t. 4. n. 12. & 13.

6. Tertiò, omnibus ferè Religionis à suis Superioribus approbatis concedit Pontifex potestatem absoluendi omnes Christi fideles ad se venientes ab omnibus criminibus, excessibus, & censuris, etiam Sedi apostolica reseruatis (exceptis iis, quae in Bulla Cœna Domini continentur) uti refert Emmanuel Rodig. t. 1. q. 62. regal. quas. 60. cap. 61. per varios articulos. Cum ergo sub nomine fiducium Religionis comprehendantur, videlicet aliqui possit, quemlibet Religionis, tū à Religionis sui ordinis generaliter approbatis, tum à Confessoribus alterius Ordinis absoluere a reseruatis posse. Sed omnino dicendum est, ut latus superiori puto dixi, neminem virtute praedictorum priuilegiorum absoluvi posse absque licentia sui Praelati. Nam etsi priuilegia generalia sint, & tam seculares quam Religionis comprehendantur, ut non censentur speciali priuilegio, & consuetudini derogare, quibus in omnibus Religionibus sta-

bilitum est, ne Religionis ab aliis, quam à Superiori propriis designatis absoluvi a reseruatis possint, quinimò nedum à non reseruatis.

7. Quartò, est priuilegium omnibus fidelibus Bullam Cruciatam lumentibus concessum, ut possint quemlibet Confessorem ex approbatis ab Ordinario eligere, qui eos ab omnibus peccatis, & censuris absoluat. Si igitur Religionis Bullam sumperint, poterunt a quolibet Confessore ex approbatis absoluvi, Ceterum, hoc priuilegium non communicari Religionis, sed potius eis vobis illius interdicti probauimus latè tract. de Bulla Cruciatam. Nullum igitur est priuilegium præcipue in Societate Iesu, quo eius Religionis absoluvi a reseruatis absque Superioris licentia possint.

8. Quintò, speciale priuilegium concessum est Fratribus Predicatoribus, iter agentibus, ex Superiorum licentia, ut possint a quolibet Confessore, sive regulari, sive seculari absoluvi a quocumque crimen, quomodo cumque reseruato, sicut Confessores eiusdem Ordinis. Sic concessit Innocent. VIII. prout refert in compend. Ordinis Cisterciens. verbo, confess. §. 15. cuiusque meminit Emm. Rodig. t. 1. quas. regular. ques. 62. art. 5. circa finem. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 19. numer. 3. Notanter apposita sunt illa verba, ex Superiorum licentia: ne fugitiuvi, vel apostatis crederetur esse hoc priuilegium concessum, sed solum illis, qui ex superioris licentia iter faciunt. Ex illis autem verbis, sicut possunt Confessores eiusdem Ordinis, alievi videbunt restringi facultas, ita ut nullus confessarius electus absoluere posse itinerantem religiosum, nisi quatenus a praetato illius fuerit concessum: siquidem confessores eiusdem ordinis neminem possunt absoluere, nisi pro facultate sibi a Superioribus communicata. At nullatenus hæc exceptio admittenda est: Alias nihil speciale itinerantibus concedetur, cum omnibus concessum sit, ex superiorum facultate posse confessorem quemlibet eligere, qui eos à quolibet crimen absoluat. Quocirca ne priuilegium vacuum sit, intelligi debent illa verba, ut quilibet religiosus iter faciens confiteri possit cuilibet sacerdoti regulari, vel seculari, ab eoque absoluvi & dispensari, sicut possit absoluvi & dispensari a confessore, eiusdem ordinis facultatem à suo superiore habente.

9. Vertim hoc priuilegiam, ut sentit Emm. Rodig. supradicta, alia religiones non acceptarunt, quinimò de religione Predicatorum non sat constat, an sub ea uniuersitate fuerit acceptatum: quippe non leuis occasio est potest disciplinam, religionis labefactandi si religiosi eo tempore, quo liberius peccare possunt, nullam criminis reservationem habeant. Quapropter, ut bene inquit Suar. dit. cap. 19. a. num. 3. spectari debet vobis, & consueto religionis. Neque enim videtur expedire, Religionis maximè Sacerdotem, diu extra Religionem peregrinatum, & in peccatum reseruatum labentem, priuatum esse directa illius peccati absolutione: cum sapienter absque nota omittere Communione non possit. Ex alia etiam parte minus decet, praedictum Religionis tempore, quo liberius peccare possit, à fratre reservationis eximi. Quapropter nostra Societas illi inconvenientibus prouidi, tamen concedenda licentiam, ut possint confiteri, tum imponendo illis obligationem: ut postmodum superiori compareantur: concessione enim licentiae viratur inconveniens, ne diu peregrini priuati sint absolutione peccatorum directa: obligatio vero verò compendiary impositione continentur, ne in peccata ruant. Qualiter autem hæc obligatio imponi possit, sequentes dicemus.

10. Ad extreum supererat examinare, an saltem Nouitij ab aliis quam à Religionis Praelatis absoluvi possint à peccatis non reseruatis, & a reseruatis absoluvi, inquam, possint, rum ab Episcopo, tum à Confessoriis regularibus suis Ordinis, & aliorum Ordinum, sicuti possunt seculares, tum virtute Cruciatam. Sed his omnibus satisfecit tract. 16. de religioso. Suar. disp. 1. pun. 10. numer. 9. neque aliquid ibi dictis addendum occurrit.

## §. V.

Qualiter Praelatus, cui sunt casus reseruatis, se gerere debeat, tum in absolutione concedenda, tum in ea deleganda.

1. An superior audire sola reseruata possit, & ab eis tamen sacramentaliter absoluere.
2. Affirmant plures.
3. Plerunque supradicta sententia probanda non est.
4. Regulariter potenti facultatem, ut absoluatur a reseruatis concedendo est.
5. Aliquando negari potest.
6. Non est obligatus Superior cuilibet facultatem concedere, sed designare potest Confessarium.
7. Quid in hac parte ex decreto Clem. si in Religionibus statim.

N. 8. Qua

3. Qualiter Confessaria designatis committenda sit facultas absoluendi a referatu.
9. Qua in Societate fernantur.
10. Superior concedens facultatem eligendi Confessorem, non censetur concedere, ut absoluatur a referatu.
11. Superior concedere potest facultatem sub onore alicuius pénitentis imponenda.
12. An sub conditione, examinatur.
13. Verius est concedi non posse.
14. Non posse concedi facultatem sub onore se Superiori praesertim, qui affirmat & qualiter probent.
15. Contrarium tenendum est.
16. Qualiter pénitenti concedatur haec facultas.
17. Qualiter Confessario, quam habeat obligationem.
18. Ex predicta facultatis concessione grauis obligatio nascitur comparandi.
19. Qualiter Societas procedat.
20. Propositus dubitandi ratio, an Superior incidunt in casum sibi referatum, possit eligere Confessarium.
21. Verius est, nisi contrarium expressè tantum sit.
22. An possit prohiberi haec elecitio.
23. Tenendum est posse.
24. Satisfit ratione contraria.

1. Plures quæstiones præsens titulus involuit. Prima est, an Superior possit sola pénitentie peccata referata audire, & ab aliis sacramentaliter absoluere, remittereque pénitentem inferiori sacerdoti pro aliis mortalibus absoluendū. Notanter dixi, ab illis sacramentaliter absoluere: nam si pénitentis contentus sit extra sacramentum Pénitentia superiori peccata referata manifestata, quia ipse superior ob grauia negotia integrum confessionem excipere non potest, consilium superior facit, si sublata referentia, & pénitentia iniuncta pénitentem absoluendum inferiori sacerdoti remittat, cui omnia peccata manifestari debent. Et in peccatis, que censuram habent annexam haec confitudo à Romanis Pénitentiis obseruantur, tecte Cano relect. de penit. 6. p. concl. 2. fol. 26. & seqq. absoluunt enim à censura pénitentia iniuncta, & inferiori sacerdoti pénitentem absoluendum à peccatis remittunt.

2. Quocirca de absolutione sacramentali est quæsto, an concedi possit à prælatō, auditis solis referatis. Affirmant Nanarr. cap. Confideret §. Cautus numer. 11. & 18. de penitent. dīs. 5. Caetan. verbo Confessio condit. 10. Paludan. dīs. 17. quæst. 5. art. 1. ante finem. Probabile putar Petri de Soto de confess. led. 10. sub finem. Hentiq. lib. 6. cap. 15. numer. 4. Emman. Sā verbo, Absolucion. numer. 24. Neque dissentient D. Antonin. Richard. Henrīq. Gerſon, relati à Vafq. de penit. quæst. 9. art. 3. dub. 10. Plures ex his Doctoribus nullam causam assignant ad dimidiandam confessionem, & absolutionem: solum Dominic. Sotus in 4. dīs. 18. quæst. 2. art. 5. concl. 2. & Caetan. dīs. 17. art. 10. affirman, fieri debet ex rationabili causa, quam iudicant esse continuam Prælatorum occupationem. Monent primo: quia in Romana Ecclesia et cōfūcto, ut auditis solis referaturis absolutio concedatur: quam consuetudinem improbare, aut nimis discutere non oportet, tēte Caetano *sapra*. Secundo, eto integritas confessionis sit de iure diuino, ut colligitur ex Trident. sess. 14. cap. 5. intercedente rāmen causa rationabiliter omitti potest, ut *superius* probatum est: at causa videret rationabilis, continua Prælatorum occupationis, ne omnium habentium casus referatos integras confessiones excipiant: poterunt ergo auditis solis referatis ab eis absoluere.

3. Verum hæc sententia regulariter probanda non est, ficut nec probatur à Vafq. dicta quæst. 9. art. 3. dub. 10. Suar. de penitent. dīs. 17. quæst. 1. & num. 7. Coninch. dīs. 17. de penitent. dub. 9. & num. 8. Layman. lib. 5. sum. trād. 6. cap. 12. numer. 8. & alii pluribus apud ipsos, quippe vnum ex præcipuis negotiis prælati est, confessiones subditum audire, medicinamque peccantibus adhibere. Non igitur ob alia negotia hoc prætermittendum est. Præterea sine gravi causa omitti non potest confessionis integritas, vt potest audire diuina præcepta. At regulariter nulla adeit, neque adesse potest. Tum quia prælatus extra confessionem audire referata potest, si pénitenti placet. Tum quia potest vices suas alteri sacerdoti committere. Tum quia potest subdito præcipere, ut confessionem in tempus opportunitum differat. Tum quia ab aliis negotiis minus necessariis se expedire debet. Quid si aliquando casus occurat, in quo expediatur, prælatum grauissimum negotio occupatum, neque valentem se ab illo expedire, confessionem sacramentalem subdit per se audire, neque subditus ob necessitatem communicandi commodum tēpus expectare possit poterit eo casu auditis solis referatis, ab eis absoluere: quia hic casus ut pote rarissimum sufficientem causam præberet dimidiani confessionem, vni docent relati Doctores. At hoc casu excluso, nullus alius adeit, in quo licet prælatu auditus solis referatis, pénitentem sacramentaliter absoluere. Neque in contrarium est consuetudo Romana Ecclesia, quippe ibi

referata sœpe non audiuntur, ut sacramentaliter absoluantur, sed audiuntur, ut sublata censura, & salutari pénitentia imposta confessori ordinario remittantur sacramentaliter absoluenda.

Monet tamen Vafq. de pénitent. quæst. 9. art. 3. dub. 10. num. 6. superiorem sola referata audienciam, efta ab illis sacramentaliter non absoluat, obligatum esse signilli secretum securare, ac si absolutionem impeditur; scuti cum pénitentem indispositum non absoluat: quia ea confessio ad impetrandum sacramentalem absolutionem relata fuit. Sed de his postmodum.

4. Quæsto secunda: An subdit per se, vel per confessarium pénitent à superiori facultatem, ut alteri confiteri possit, teatetur superior eam concedere?

Respondet regulariter obligatum esse, tum ex charitate, tum ex debito sui munieris, quia ob humanam fragilitatem timere prudenter potest, subditum, cui negatur facultas, non fore sua peccata saltē integrē superiori confessurum. Cum autem referatio in subditorum bonum concessa sit, non debet in eorum dispensum retrorueri. Neque hæc negatio honestari potest ex eo, quod alij videntes superiori difficultem esse in concedenda licentia, à peccatis referatis arcent: quia, ut bene inquit Suar. dīs. 10. quæst. 4. num. 8. haec virilis querenda non est cum iusta pénitentia, in cuius remedium & sacramentum institutum est & peccata sunt referata. Atque ita docent Sotus in 4. dīs. 18. quæst. 2. art. 5. S. Circa teriam. Suar. plutibus relatis dīs. 10. de penitent. quæst. 4. 5. 8. & 9. Agid. de Coninch. dīs. 8. dub. 14. concl. 1. 2. & 3. Layman. lib. 5. sum. trād. 6. cap. 16. à n. 7. colliguntur quæstiones exp̄s ex D. Thom. in 4. dīs. 17. q. 3. quæst. 4. ad 6. afferentes, superiores qui sunt nimis solliciti, ut conscientias subditorum per confessiones sciunt, multis laqueum damnationis initere: & per consequens libi ipsis: Ideoque Plus V. in quadam mora proprio anno 1571. prædicatoribus concessio, quo declaratur, ipsos religiosos non posse virtute Bullæ crucis confiteor, confessorum eligere absque prælatorum licentia, subdit. *Ejdem tamen Prælati, in usu huius potestatis, seu cum subditus benignos & facilis exhibeant, præcipimus. Quod efficacius procedit, cum hæc licentia non ab ipso pénitente, sed à confessario expostulatur, qui iudicat expedire concedi.* Nam ex decreto Clement. VIII. de caibus pro religiosis referandis, confessoris iudicio præcipue standum est.

5. Dixi, regulariter. Nam aliquando negari possit hanc licentiam, fitnam Agid. Suar. Layman. & alijs plures ab eisdem relati. Quia inutilis est referatio, si nunquam superior cogere posset subditum, ut ei culpas confiteretur. Sed quando id fieri potest? Respondeo cum moraliter certus est superior ex conscientia facultate sumpturum subditum occasionem perseverandi in peccato. Item si peccatum subdit in grave detrimentum communatis, vel alterius personæ vergat, cui Superior & non alius remedium adhibere posset, seruato confessionis signilo, que raro præsumenda sunt. Item si ex facilitate conscientis alij subditus sumerent occasionem peccandi spe simili facultatis obtinenda: quod inquit Agid. & Layman. loc. alleg. (inde colligi potest) si valde frequenter licentia postulatur, & interimi dīciplina religiosa laxeretur. Fator haec præsumptionem leuem esse, cum aliunde, quam ex confessione licentia dīciplina religiosa laxata possit: in iis enim caibus non solitus potest superior, sed tener præsumit licentiam denegare: quia ea denegatio in bonum, cum subditus peccantis, cum aliorum cedit, ut bene notauit Agid. dīs. 8. de penit. dub. 14. concl. 1. 2. & 3.

6. Illud vero omnino certum est, nullatenus esse obligatum superiori facultatem concedere cuiuslibet confessario, quem pénitentem elegit, sed suo satisfacere muneri, si vnum vel plures alii præscribat. Raro tam id expediri, ut bene aduerit Agid. dub. 14. concl. 4. si confessarius à subdito electus idoneus sit: forte enim subditus æqua vel majori difficultate adbit designatum, ac ipsum superiori, periculose exponetur vel reficiendi peccatum, vel non integrè confundendi. Præterquam quod in vnius repulsa, & alterius electione querelæ non leues excitantur, ideoque prudentia opus est.

7. Hæc in genere dicta sunt: at in religiosis ex decreto Clement. VIII. tenentur superiori in singulis dominibus deputate duos, tres, aut quatuor confessarios pro subditorum numero maiori, vel minori, doctos, prudentes, charitate præditos, qui à non referatis absoluant, & quibus eritiam referentrum absolucionis committuntur, quando casus occurrit, in quo eam committit ipse in primis confessarius indicauerit. Circa quod decretum aduertere, superioris debere in qualibet domo pro numero religiosorum, id est, si numerus religiosorum expofulet, duos, tres, vel quatuor confessarios deputare, qui subditum peccata non referantur absoluant. Notanter dixi, si numerus religiosorum expofulet: nam si Conuentus patens sit, vñlque confessarius videatur sufficiens ad omnium confessiones excipiendas, non est credendum, voluisse Pontificis obligare superiori, ut plures designet: illa enim obligatio designandi plures, est sub conditione, scilicet, si numerus

ius Religiosorum plures postulauerit: idque testatur Suar. 1.4. de relig. tract. 2. lib. 2. cap. 15. num. 7. eccl. vnu receptum, ut videtur licet in Monasteris Monialium, quibus non minus necessaria erat prouidentia illius pontificij decreti: & tamen quando numerus Religiosorum parvus est, vnu tantum Vicarius, vel Confessor ordinarius designatur, ut supponit Concil. Tid. sif. 25. de Regularib. c. 10. praeципiens, ut prates Confessorem ordinarium aliud extraordinarium bis, aut ter in anno offerantur. Sed, an quando plures Confessori designantur, in differenter pro tota Communitate designantur, ita ut quilibet subditus plures Confessores habeat, ut ad quem voluerit, possit recurrere: verò quilibet corum sibi sive parte Communitate deparatur debet, incertum est. Verius videtur secundum, quippe disciplina religiosæ magis expediri, ut quilibet Religiosus vnicum tantum Confessorem habeat, cuius conscientia fatis manifesta sit, ut in via Dei dirigi, & gubernari possit. Alias non pro numero Religiosorum, ut dixit Clemens VIII. sed pro vincendisque conditionibus, & committit plures Confessarij designantur, ut bene adiutent Suar. dicto cap. 15. n. 7. id est Societas nostra, ut omnem dubitationem tolleret, à Clement. VIII. vivæ vocis oraculo obtinuit, prout refertur in dicta Ordinat. gener. de casib. referuntur. cap. 5. n. 2. ne in singulis Dominis teheantur superiores, præter Confessarium ordinarium, alios deparatur, qui à non referatis absoluant, vel quibus referatur, ab solutio committatur.

8. His igitur Confessariis committenda est ab soluto à referatis non quidem permanenter, & habitualiter, sed pro occasione nata, quando casus occurrit, ut bene notauit Suar. 1.4. de relig. tract. 2. lib. 2. c. 19. ne in fine. Quoniamque neque etiam quando casus occurrit, ut ipsi sub obligatione ab soluto committendis alias iunctis effici referatu superioribus facta, si nunquam possint Prælati cogere subditos, ut eis peccata confiterentur, id est Clemens VIII. in dicto decreto de casu referentio, §. 4. prohibens superioribus non subditos ad confessionem secum faciendum cogant, excipi, nisi quando peccatum aliquod referatum admiserint. Supponit ergo, per non esse obligatorum referatu peccata ab solutio alteri committere. An autem de facto ob penitentis utilitatem, quæ praecipue in hac parte spectatur, aliaque causa, & occurrentes circumstantias committi debeant, ipse in primis Confessarius (inquit Clemens) iudicabit, ut poti ut persona, & casus penitentis optimè notus sit. Notatus dixit, in primis, ut indicaret non solus Confessarij iudicio hoc remissum effe tametsi ipsi principali, sed etiam Superioris iudicio, id est in Societe declaratum est (dicta Ordin. gener. c. 5. §. 3.) ne iudicium à referatis absoluendi Confessariis ab soluto relinquantur, sed licet interdum, quod omnino necessarium est, Superiori pro ratione (sui officii) huiusmodi facultatem degare liceat in casibus, in quibus confat, iuxta ea, quæ Doctores dicunt, & discreta charitas docet, licentiam huiusmodi esse denegandam. Tum, ut significare non debere Superiorum, statim ac Confessariis absoluendi à referatu licentiam expostulat, concedere, sed prudenter examinata, & utilitate concessio- ni perpenfa. Quid à fortiori procedit, cum subditus licen- tiam peti medio alio Confessore à designatis.

9. Que omnia pro Societe Iesu optimè notantur in illa institutione, seu Ordinat. gener. de casib. referuntur. c. 6. Nā in §. 1. inquit: Quando Confessarius, tacito nomine penitentis, à Superiori per facultatem absoluendi à casu referato nullo modo Superior difficilis esse debet, sed facilis potius, & proprius in ea concedenda: in persuadere fisi conuenit, posse se hac in re grauitate offendere, si imprudenter, & sine iusta, graviuscausa eam negat. Et §. 2. subditus caula, ob quam neganda sit, his verbis: Attendit Superior diligenter, ut id raro faciat, & in iis tantum casibus, in quibus docebit discreta charitas (iuxta ea, quæ Doctores tradunt) licentiam huiusmodi esse, denegandam: ut verbi gratia, cum probabiliter timeri poterit scandalum, aut recidivam paupertatis, vel alterius, ut huiusmodi enim, que inducunt necessitatem vitandi scandalum, vel dannum Collegij, aut alterius ruinam, manifestū est, penitentem teneri per se, vel per Confessarium, rem ipsam Superiori manifestare, tāquam illi, qui remedium necessarium adhibere posset: sicut tamen figura, ut operari: seneri, in qua, quādo alii remedii predicti dāna vītari non possunt. Quid si penitentis huic manifestationi non acquiescerit, incapax est ab solutio- nis: quia sua obligationis non satisfactio. In §. 3. commendatur maxime filii oblationis; tum Confessario, ne personam penitentis indicet, neque calum proponat, ex cuius propositione ne probabiliter Superior possit in notitiam penitentis deuenire, ut superior, ne curiosè inquirat circumstantias, quæ ad tem non pertinet, necne aliquid faciat, ex quo cognoscere posset, quis ille sit, pro quo licentia expostulatur. In §. 4. statuitur, si negotio examinato Superior iudicat, licentiam denegandam esse; & contra Confessarius virget debere concedi, affirmans, Superioris feueritatem in detrimentum, & ruinam spiritualem posuisse, quād in commodum cedere, & quād videat peniten- tem diuicem effici, nullūque modo velle Superiorum adire, sive quo Confessarij conscientia oneratur, tentāda erunt me-

dia aliqua, de quibus pro re nata Superior, & Confessarius in- ter se conferent: ac tandem, si nullum aliud reperiatur, super- ior facultatem denegare non debet. In §. 5. decernitur, qua- lius Superior se gerere debet, cum subditus non per Confessari- um ordinarium, sed per alium Sacerdotem facultatem pet- tit. Non facile (inquit instructio) acquiescere debet Superior: nisi Sacerdos ille talis sit, cui meritum commitit possit. Norāda verba, quasi diceret: Si idones sit sacerdos, facile Superior acquiescere petitioni debet; id est additur: Contingere in aliquo casu potest, ut si nolis subditus Superiorē adire, expedita à Superiorē designare aliquem ex senioribus doctum, prudentem, spiritu & charitate plenum, qui melius, agnō bene ipsi mederi possit, ac Confessarius ordinarius, in §. 6. qualiter hospites, & iter agentes, & superiores absoluvi possunt, declaratur, de quibus statim dicant. Tandem in §. 7. vt omnes eximantur scrupuli, & maiori cum fiducia, ac libertate procedatur inquit Congre- gatio: Cum Confessarius bona fide dubitat, an mortale sit, quod propositum ab ecclesiā ex genere suo referatum sit, potest absolu- nere, licet huiusmodi dubitatio iuris, vel facti ex ignorātia proce- dat; sed neque potest, si animaduertitur manifeste fuisse mortale, repentina erit confessio, bona siquidem & vera fuisse ab soluto.

10. Questio tercia, an Epilopus, vel Prælatus regularis concedens subditu potestatem, eligendi Confessorem, cen- seatur concedere potestatem absoluendi a sibi referatis? Negatū respondendum est cum communī sententia: quia in generali concessione non veniat, quæ quis in specie non est, ut verosimiliter confessuris, ut dicitur in ea. 2. de penitent. in 6. & tradit Nauar. cap. 27. n. 261. Hinc infert peregrinantes, quibus à iure, & consuetudine concessum est confiteri cuicunque Parochio illius loci, quā transeat, absoluvi non posse à referatis in sua diecesi, nisi de expressa sui superioris licentia. Excipe, nisi in ea diecesi, ubi commorantur, refer- uata non sit: nam Superior concedens licentiam eligendi Confessorem ratione itineris, censetur itinerantem subiictere Confessario, quem ipse elegit, ut secundum iuris dictiōnem, quam habet, possit itinerantem absoluere. Quapropter conti- get aliquando ut quolibet Parochio itinerantem absoluvi posse à referatis in sua diecesi, quia in ea parte, ubi commo- ratur, referata non sit, aliquando neque à non referatis in sua diecesi absoluvi posse: quia in ea diecesi sunt referata, scuti notauit. Aegid. de Coniach. disp. 8. de penit. dub. 12. num. 86. Suar. disp. 30. sect. 1. Henr. lib. 6. c. 14. n. 8. Laym. lib. 5. sum. tract. 6. c. 10. n. 10.

11. Questio quarta, an possit superior Confessario facultatem absoluendi à referatis concedere sub obligatione, vel sub condicione aliquius penitentis imponendæ? In hac re certum videtur, superiorum posse Confessario præcipere, ut hanc, vel illam penitentiam subditu absoluendo imponat, si auditio peccato, & speccata penitentis dispositione ei legiti- ma vita fuerit: quia in hoc precepto nulla sacramento interrogatur iniuria, cum superior non imponat penitentiam: sed Con- fessario, qui Index sit in illo foro, præscribit imponendā, si iu- dicauerit esse legitimam. Atque ita tradunt Graffs 1. part. summ. lib. 1. cap. 13. numer. 76. Valquez de penitent. quest. 93. artic. 1. dab. 6. num. 11. Suarez tom. 4. de penitent. disp. 30. sect. 5. num. 23. Villalobos in summ. tract. 9. diffic. 65. Fauerte motus proprius Clement. V III. de casibus referatu, ubi in §. 5. inquit: Licebit tamen superioribus determinare penitentias graves quibusdam peccatis, etiam non referatis à Confessariis imponendas, que subditos ab huiusmodi peccatis per- turbans cohibere possint. Notāter dixi, si indicauerit esse legiti- mam: nam, cum solus Confessarius Index sit in illo foro & nomine Christi, & non superioris absoluat, penitentiamque imponat, neque arctati ad eam penitentiam imponendam quam illegitimam, seu minus convenientem esse indi- cauerit. Quapropter, cum iuxta occurrentes circumstantias augeri, vel minui penitentia debet, consultius est, ut assi- gnatio penitentiae à superiori facta per modum cuiusdam directionis, & ordinationis sit, & non per modum præcepti, uti prudenter adiutent Suar. dicta disp. 30. sect. 5. numer. 4. Aegid. de Coniach. disp. 8. de penitent. dab. 14. 14.

12. Sed, an sub condicione penitentiae imponendæ concedi Confessarii facultas à superiori possit, grauior est dubitatio. Affirmat Suar. Aegid. & Villalobos locis alleg. Mouet pos- sum: quia, cum liberum sit superiori facultatem concede- re, mirum non est, quod cum eam sub hac, vel illa conditione concedere velit, & non aliter. Nihilominus Joann. Sanch. in suis selectis, disp. 12. numer. 6. pro contraria sententia acti- ter pugnat, adducitque pro se Aegid. de Coniach. disp. 8. de penitent. dab. 15. numer. 117. Sed immerito: quia ibi solus probat Coniach, non posse facultatem à superiori concedi ita restrictam, ut penitentia, quam Confessarius iniungit, valida non sit, aut dimidiata, & compleri penitentia à superiori iniungenda: quod longè diversum est, ac concedere faculta- tem Confessario, sub condicione aliquius penitentiae ab ip- som Confessario imponendæ. Mouetur eo præcipue con- sideratio

fideratione. Potestatem absoluendi imponendique poenitentiam quilibet sacerdos habet à Christo Domino, non à superiori: neque ergo superior applicare materiam, se in absolutione, vel poenitentia impositione intromittere. Frustra ratio. Nam esto à Christo Domino sit potestas absoluendi, imponendique poenitentias: si applicare materiam, seu designare subditos, circa quos hæc potestas exerceantur, atque adeo sacerdoti iurisdictionem concedere, non à Christo, sed à Prelatis Ecclesie. Sacerdos habet. Possunt ergo prelati, hanc iurisdictionem sub conditione poenitentia imponendae concedere, sicuti possunt eam absolutè denegare: aut quid huic confessionis conditionali obstat potest?

13. Nihilominus dicendum est, nequam hanc potestatem absoluendi à referatatis concedi confessario posse, sub conditione aliquius signata poenitentia imponendæ. Motus: quia hanc poenitentiam nequit confessarius imponere, nisi excepta confessione: confessionem autem excipere non potest, quoque iurisdictionem habeat: ergo nequit iurisdictionem ad confessionem concedi sub conditione confessionem subsequente; quia ea est vis concessionis conditionalis, vel effectum non habet, quoque apposita conditio fuerit. Neque Vasq. Suarez, Aegid. de Coninch, Villalobos, & alii nobis aduersantur affirmantes concedi facultatem posse sub conditione poenitentia imponendæ, sumunt enim conditionem non in significacione propria, & rigorosa, sed pro onere, & obligatione, sicuti supra diximus concedi facultatem sub ea obligatione posse.

14. Questio quinta: an possit concedi facultas absoluendi à referatatis sub onere & obligatione se superiori praesentandi? Negat Gab. Vasq. de poenit. q. 9. art. 1. dub. 6. circa finem. Et quest. 91. art. 3. dub. 6. in fine, quem sequitur Ioann. Sanch. in dispensat. selectis, disp. 12. num. 2. & 3. Et disput. 14. num. 19. Mouentur, quia referatu peccatorum in eo constituit, ut solus is, cui peccata sunt referata, eorum absolucionem concedere posset. Ergo concessa alteri potestat absoluendi, cellat comparatione illius referatu, & iudeo legitimis peccatorum constitutum, qui poenitentem absoluat non superioris nomine, sed Christi. At ex Christi institutione nullus poenitentiam à peccatis directe absoluere cum obligatione ea peccata iterum confitendi, vel alteri manifestandi. Ergo sacerdos directe poenitentem à peccatis absoluens nequit poenitenti onus imponere ea peccata iterum confitendi, seu superiori manifestandi, cum id onus nulla alia ratione imponere posse videatur, nisi quatenus est Christi minister. Et confirmo examinando modos, quibus hæc obligatio imponit poenitenti potest. Triplicem principem inuenio à Doctoribus probatum. Primus est, si nolit superior hanc facultatem absoluendi concedere confessario vel subditio eligendi confessorem, quoque ipse subdidiur iuramentum, vel votum elicit se superiori praesentandi. Secundus est, si ex conditione concedatur dicta facultas, ut subditus promittat superiori adire, cum posset. Tertius est predicto similis, si sub onere, & pacto facultas donetur, ut subditus postmodum se superiori praesenter. Primus modus est, si possibilis sit non est visitans: præterquam quod non est sufficiens, ut subdidius firmiter obligatus sit se superiori praesentare: siquidem iuramentum, & votum potest in melius commutare, vel illorum dispensationem querere, & sic intentionem superioris elidere. Secundus, & tertius tametsi eos ut possibiliter admittamus, obligationem tantum leuem videtur inducere, quippe obligari statim promissione ex iustitia, quia hæc in spiritualibus, viptate ad omni pactione alienis, non videtur habere posse locum; sed obligari ex fidelitate eantum, que secundum probabilem sententiam solam leuem inducit obligationem.

15. Nihilominus dicendum est cum communis sententia, concedi posse, & saepe concedi facultatem absoluendi à referatu, sub onere se superiori praesentandi. Quo accepto obligatus est subditus sub mortali, se superiori, vel eius vices tenenti praesentare. Sic post alios antiquiores summa Nauart. cap. Placuit de poenit. disp. 6. num. 11. Henriquez lib. 6. de Sacram. cap. 15. num. 2. Suarez de poenit. disp. 30. sed. 5. num. 8. & de relig. tom. 4. num. 10. lib. 8. cap. 5. num. 1. vbi testatur, Claudio Aquaviam ex mente B. Ignatii declarasse hanc obligationem comparendi coram superiori sub mortali esse. Idem tradit Aegid. de Coninch. disp. de poenit. dub. 15. præceptu à num. 218. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. c. 12. n. 10.

16. Pro explicatione conclusionis aduertere cum Aegid. de Coninch. disp. dub. 15. à num. 110. duplice iter hanc facultatem confessario concedi posse. Primo, ipsi poenitenti immediate, & quasi immediate confessario. Secundo, & contraria Confessario immediate, & poenitenti quasi immediate. Si poenitenti immediate concedatur à superiori facultas eligendi confessorem, cui ipse superior immediate iurisdictionem concedat, sicuti in pluribus religionibus est usus comparatione hospitium, & peregrinorum, non est dubium concedi posse sub eo onere, & conditione, ut subditus obligetur, se superiori praesentare: quia cum cedat superior iuri reservationis, concedendo subditio facultatem, quam concedere non tenetur, mirum non est, quod

nolit eam concedere, nisi ipse subditus eam obligationem suscipiat, quam necessariò suscipit eo ipso, quo acceptat ab alio, quam à superiori absoluvi. Neque à subeunda hac obligatione exculari potest ex eo, quod illius non meminavit. Nam vt bene norauit Aegid. supra, id ibi, suæque inconfidantiae imputare debet: in istum enim est, velle beneficium recipere abfue onere ei annexo. Cum ergo prædicta facultatis concessionis annexatur onus compendi coram superiori, subditus eam facultatem acceptans consequenter acceptat onus, & conditionem eidem facultati annexam.

17. Si vero confessario facultas absoluendi à referatatis concedatur, alius dubius potest. Primo sub ea conditione, & non aliter, ut onus compendi coram superiori tibi imponatur, illudque acceptes. Secundum sub obligatione tibi tale onus imponendi, illudque atē acceptandi. Si primo modo concedatur facultas, uti concedi potest, non manebis à referatatis directe absoluere, tametsi bona fide fueris confessus, & per inconfidantiam monitus non fuisti illius oneris, neque acceptasti, quia est facultas sub conditione data. Secundus est, si secundo modo fuerit confessario facultas concepta, directe à referatatis eris absoluatus: et tu illius oneris non memineris, neque ad illud subeundem obligeris: quippe facta absolutione obligari non potes, cum fuerit absolutio directa ab habente potestatib[us] absoluendi à referatatis. Ex alia parte illa potestat non tibi immediate concessa est, sed confessario, cui potestat Superior non annexu subditus onus compendi, sed confessario obligationem imponendi tale onus. Ergo conclusa impositione liber es ab onere. Notanter dixi, quando bona fide fuisti confessus: nam si scires confessarium non haberes potestatem absoluendi à referatatis, nisi sub obligatione tibi prædictum onus imponendi, eo ipso quo illum adires, obligaris ad te sub voluntate suscipiendo prædictum onus, alias peccabis mortaliter, cum velis absolutionem tibi concedi, aliter quoniam dari potest.

Potestat Superioris, cui est potestat absoluendi à referatatis, saltem sub obligatione imponendi poenitenti dictum onus tenetur, cum primitum cognoscit, poenitentem casus referatos haberes, illum monere de obligatione, & onere, quod acceptare debet. Quod si renuat acceptare, nequam abluere potest: quia est poenitentis indispositus. Neque exculari potest, ut acceptando illo onere, ex eo, quod necierit, confessarium non gaudere potestate absoluta absoluendi à referatatis: habens enim calus referatos, seire tenetur, qua potestat circa illos gaudeat confessarius: ipse vero confessarius non obligatur poenitentem monere de sua limitata potestate, quoque intelligat illius monitionis poenitentem indigere. Neque enim præsumere debet, poenitentem in casibus referatis altrigi. Quod si de facto confessarius, audito aliquo, vel aliquibus referatatis, poenitentem non monerit, statim de obligatione & onere compendi, sed permiscit veliterius in confessionis procedere, postmodum obligare poenitentem bona fide procedentem non potest ad compendium: quia sufficiens fundamentum poenitenti præstitum ad præsumendum absoluendum potestatem in confessario absoluendi à referatatis: & ratione huius legitima presumptionis, & confessionis sub ea facta ius acquisuit, ne sibi, absoluere denegetur nullo onere compendi suscipere, quod ius, viptate iustitia, præferri debet obligationi, quam superior confessario impulsius, ne absolutionem concederet abfue impositione predicti oneris.

18. Qod vero ex acceptione facultatis sub prædicta forma concessa gravis obligatio nascatur, inde probo: quia est res gravis ecclesiastica disciplina, iuris prælatorum gravior conduens. Ob quam cautam non ex fidilitate rancum, sed ex iustitia, ex predicta acceptione obligatio confligit: edit enim in prælatorum autoritatem ea recognitio, & peccatorum manifestatio. Neque obstat, ab spiritualibus pactionibus exclusas esse: quia id intelligentem est de pactionibus temporalibus, qua per modum empionis, & venditionis sunt, quæque rebus spiritualibus indecora sunt, non de pactionibus spiritualibus, qua de res spirituales decentius & honestius, & maior cum fructu suscipienda diriguntur. Per quæ factum est fundamentis oppositis.

19. Ex his constat, prudentissime Societatem processisse in iis, quæ circa confessionem iter agentium instituit. Etenim, ut ex illa instruct. Gener de casibus referatu, cap. 6. §. 6. constat, iter agentibus datur facultas eligendi confessorem, qui à referatatis absoluere, ut onere tamen se ostendit superiori, ad quem ituri, vel reddituri sunt. Sed quis confessarius est eligendus? Si ad Domum, vel Collegium Societatis diuertant, eligere tenentur confessatum ordinatum Domus, vel Collegij, aut si habeti non possit, quemlibet alium Societatis sacerdotem, alias à prælatoris eiusdem Societatis approbatum: aut si is quoque desit, externum, sive facultatem, sive regularem. Ex quo videtur inferri, esto in aliis Religionibus, cum iter agentes socium habent ciuidem religionis sacerdotem, cui non solùm extra monasteria, sed etiam in monasteriis commemorantes confiteri possint, & quæ, ac confessatio ordinario

natio, & confundendo obtinuit. In societate tamen soli ordinario Confessori dominus confiteri iter agentes possunt. Sic insinuat Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 17. numer. 4. Si vero accidat ( inquit praedicta generalis instrucio ) ut aliquis tanquam hostes sit in aliquo Collegio : diu tamen ibi moraturus, putat spacio vnius, aut alterius circiter mensis: si is eo tempore in calum aliquem refutatum incidet, poterit, ac debet absolui à Superiori illius loci, in quo est, vel de eius licentia, tanquam si proprius esset eius subditus, sine obligatione fistendi se superiori eius loci, ad quem propriè pertinet.

20. / Quæstio sexta : An superior localis, v.g. Abbas, Prior, Guardianus, Praepositus, Rector Dominus, vel Collegij si incidat ( quod Deus auferat ) in calum aliquem ex iis, qui sibi ex Congregatione generali, vel provinciali referuntur sunt, possit eligere Confessarij, qui illum absoluat abque obligatione vila se superiori maiori sustendit, sicut ipse potest absoluere sibi subditos : Eadem quæstio est de Parochio, cui calum episcopales referuntur sive, an possit eligere Confessarij, qui cum à referuatis absoluat ? Ratio dubitandi est: quia ea potestas absoluendi à referuatis Prælato conceditur comparatione suorum subditorum: ipse Prælatus non est sibi subditus. Ergo comparatione sui ratiocina habeat poenitatem. Non enim ultra personas designatas in commissione est extendenda iurisdictione ex textu in c. P. & G. de officio delegari, arque ita tradit. Ludovic. Vega 4. p. caſu 5.

21. Nihilominus verius est, Parochum, & quemlibet ex his superioribus eligere posse Confessarij, qui cum à calu referuato absoluat. Sit pluribus relatis firmat Thom. Sanch. lib. 8. de matr. disput. 3. numer. 3. & 10. lib. 4. sum. cap. 37. numer. 42. Suar. disput. 30. de penit. sect. 2. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. c. 10. quæst. 2. numer. 17. Faute que declaratio sacra Congregationis ad eisdem Doctoribus relata, qua affirmatur, Episcopum labentem in aliquem calum ex iis, à quibus subditos absoluere posset, iuxta Trident. sect. 24. c. 6. eligere Confessarij posse, qui cum absoluat. Alias Parochus, atque superiores delegati conditionis est, quam subdit. Ratio est: quia eo ipso, quod Parochio, alisque superioribus localibus, quatenus tales sunt, peccatorum absoluere referuntur, possunt, cui voluntur, eam potestate delegate: quia ordinaria est. Ergo Confessor si delegatus poterit delegantem absoluere ex iurisdictione à delegante accepta.

22. Hæc ratio videtur probare, non solum posse Parochum, alisque superioribus locales Confessarij eligere, cui eadem autoritatem tribuant, ac ipsi habent in subditos, sed neque posse Episcopum Parochio, Provinciali, & Generalem Praeposito locali eam delegationem impetrare: quia ipsi impenitentie non possunt, quod à iure communis statutum est. At, cum peccatum aliquod Parochi, Praepositi localibus referuntur ex iure communis, ei competit posse eam potestare, vi potest ordinariam, delegare, non solum ut subditi ex predicta delegatione absoluantur, sed ut ipse Parochus, Praepositusque localis absoluat, ut multis relatis probat. Thom. Sanch. lib. 8. de matr. tota disput. 3. & lib. 4. sum. cap. 37. numer. 42. Nam videtur Suarez, tom. 4. de religione, tract. 8. lib. 2. cap. 19. numer. 17, cum peccatum aliquod Prælato conuentualiter referatur, nullatenus illi noua iurisdictione ad illius absolucionem conceditur, sed non auctorat, quia illi vii lu muneric, & ex iure competit. Iurisdictionem autem competentem ex iure nequit Prælatus Pontifice inferior limitare. Ergo nequit Episcopus iurisdictionem ordinariam Parochi, neque Provincialis iurisdictionem Prælatorum conuentualium ita restringere, ut eam indelegabilem faciat.

23. Sed contrafam verius videtur, posse, inquam, Episcopum aliquos casus, & peccata Parochorum sibi referatur, & Provinciali aliquam peccata Rectorum: nam in hac referentia non immutatur iurisdictione ordinaria Parochorum, atque illorum Praepositorum localium, quatenus ipsi est à iure communis concessa. Etenim commune ius non concedit prædictis Parochi, & Rectoribus in omnia peccata, tum sua, tum subditorum, iurisdictionem: alias Episcopi, superiori, & Prælatori nulla sibi referuntur posse, sed concedit iurisdictionem in ea omnia, quae superiores Prælati sibi non referuerint. Ergo, si Episcopus peccata aliqua suorum Parochorum sibi referatur, & Provincialis peccata aliqua Praepositorum localium, ( quod aquæ facere potest, ac si alterius subditii peccata esset, ) nequaquam Parochus, Praepositusque localis iurisdictionem in ea peccata habebunt, ac proinde neque eam delegare poterunt. Quod autem in societate peccata, quæ a S. Congregat. sunt referuata, si à Provinciali commituntur, Praeposito Generali, vel Confessori ab ipso deputato referuentur, & si commituntur à Rectoribus, Provinciali referuata sunt supponitur in dicta Ordinat. gener. de casib. referuas. cap. 6. numer. 6. vbi conceditur superioribus localibus in aliquem calum referuarum incidentibus, si non esset presens provincialis, cui Rectorum casus referuantur, posse Confessarij eligere cum obligatione, & onere se provinciali sustendi: & item pro provincialibus statuitur. Arque ita indicat Suarez

tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 10. quæst. 2. numer. 17.

24. Neque ratio in contrarium urget. Fatoe namque, peccatum, quod parochio, præpositi que localibus, sine vila restrictione referuntur, posse absolvi ab ipso parochio, præpositi que localibus suis ab ipsis, sine suis subditis committuntur: quia censetur referuatum esse parochio, alisque præpositis pro tota sua communitate, cutis ipsi sunt partes. Secus, quando non absolvi, & pro tota communitate ipsi referuntur: sed cum aliquo restrictione, & exceptione, vt in nostra Societate contingit, in qua casus a S. Congregat. pro tota religione referuati Praepotitis localibus referuantur, non absolvi, sed cum restrictione, & limitatione ad peccata suorum subditorum, & non ad peccata ab ipsiismetis Praepotitis commissa.

## §. VI.

Qualiter ex confessione facta habenti potestatem absoluendi à referuatis, cellet referuatio, ita ut penitentis possit ea peccata fateri. Sacerdoti iurisdictionem habenti in peccata non referuata.

1. Confessio facta Superiori, tametsi absque absolutione, tollit reservationem.
2. Concessio absolutione à referuatis, sed inutili, tollit reservationem.
3. Eadem referuatio afferatur comparatione casum, quos fuisti invincibiliter oblixi.
4. Apponitur quadam limitatio, sed non approbatur.
5. Alij limitant, ne procedat in delegatis. Sed reticuntur.
6. Quid dicendum tempore libile, quod non lucrari.

1. Dico primo: Si fassus fuisti superiori peccatum referuatum: ipse vero te absoluendum inferiori remisit, sublata est referuatio. Tum quia illa remissio est tacita iurisdictionis delegatio. Tum, quia fini, & præcepto referuacionis sufficienter satisfecisti, cum expostus fueris penitentiam à superiori sulcipere, & sulcipiam exequi. At, si sacerdoti delegato peccatum referuatum faceris; ipse vero absolutionem illius tibi non concesserit, referuatio non tollitur: quia delegatus sola absolucione sacramentali referuacionem tollere potest. Sic docet Suarez de penit. et. disput. 31. sect. 14. a numer. 2. ex parte Coninch. disput. 8. de penitent. dub. 12. conclus. 3. numer. 61.

2. Dico secundò, concessa per superioriter, vel illius delegatus absolutione à casibus sibi in confessio declaratis, tametsi absolutio nulla sit, quia confessio non fuit integra, neque cum dolore requisito, referuatio tollitur: & peccata manent absoluenda a qualibet sacerdote potestatem habentes in peccata mortalia. Sie ex communis sententia tradit Sylvest. verbo, Confessio, 1. quæst. 19. Caeteranus verbo, Casu. Henr. lib. 6. cap. 16. numer. 5. Suarez disput. 31. sect. 4. numer. 9. Agidius de Coninch. disput. 8. dub. 12. conclus. 3. numer. 91. Etenim fini referuacionis satisfactum est: siquidem superiori, vel illius vices habenti te presentem ab eo convenientem pro peccato referuato medicinam acceperis. Neque obstat, delegatum tollere non posse referuacionem, nisi media absolucione sacramentali quae non est illa, in qua penitentis est indispositus: quia ideo ipse per se referuacionem non auferat, superior ex recepta consuetudine, communis Doctorum autoritate firmata, tollit, eo ipso, quo à suo delegato peccatum absolvitur.

3. Difficultas autem est, an idem sit dicendum de casibus, quorum fuisti in confessio oblixi invincibiliter? Nam de oblixi invincibiliter manifestum est, referuacionem non tolli. Ponamus ergo, te confessum esse omnia peccata, quæ tibi memoria occurserunt, oblixi tamen fuisti culpam referuati, tolliture referuatio? Videatur nequaquam tolli: qui fini referuacionis, qui est, ut penitentis le fitat superiores penitentiam, & medicinam peccati referuati accepturus, satisfactum non est. Nihilominus referuacionem sublata esse, communis firmata apud Gabr. in 4. disput. 17. quæst. 1. art. 3. dub. 2. circa fin. Adrian. quæst. 4. de confess. S. petri Sylvest. verbo, Confessio, 1. quæst. 4. Couart. in c. Alma. 1. p. §. 11. numer. 2. Nauarr. cap. 26. numer. 13. & in c. Confiderer. §. Causa. numer. 32. Ennian. & Confessio. numer. 7. Henr. lib. 6. cap. 16. numer. 5. Suarez disput. 31. sect. 4. numer. 15. Agidius de Coninch. disput. 8. de penitent. dub. 12. numer. 93. Habens namque potestatem absoluendi à referuatis censetur velle penitentem legitimè dispositum à peccatis liberare, quantum potest: cum autem possit à peccatis oblixi penitentem liberare quoad referuacionem, tametsi non quoad obligationem ea directe confundendi, censetur id ipsum velle. Quid in peccatis oblixi referuatis manifestum est: siquidem Confessarius

absol